Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

et non posuerunt deum ante aspectum suum ec
ce enim deus adiuuat me: et dominus sus
ceptor est anime mee Auerte mala inimi
cis meis: et in ueritate tua disperde illos Vo lu
tarie sacrificabo tibi: et confitebor nomini tuo
quoniam bonum est Quoniam ex omni tribulati
one eripuisti me: et super inimicos despexit oculus meus
Exaudi deus orationem meam Auris meus
et ne despexeris deprecationem meam: intende
mihi et exaudi me Contristatus sum in exer
citatione mea: et conturbatus sum a uoce inimici
et a tribulatione peccatoris Quoniam declinauerunt in me
iniquitates: et in ira molesti erant mihi Cor
meum conturbatum est in me: et formido mor
tis cecidit super me Timor et tremor uenerunt super
me et contexerunt me tenebre Et dixi quis da
bit mihi pennas sicut columbe: et uolabo et re
quescam Ecce elongaui fugiens: et mansi in
solitudine Expectabam eum qui saluum me
fecit: a pusillanimitate spiritus et tempestate Pre
cipita domine diuide linguas eorum: quoniam uidi
iniquitatem et contradictionem in ciuitate Die ac
nocte circumdabit eam super muros eius iniquitas
et labor in medio eius et iniustitia Et non deficit
de platea eius usura et dolus Quoniam si inimicus
meus maledixisset mihi sustinuissem utique Et si
is qui oderat me super me magna loquutus fuisset abscondissem me forsitan abes
tu uero homo unanimis
dux meus et notus meus Qui simul mecum dulces
capiebas cibos: in domo dei ambulauimus cum